



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Modus Recte Se Disponendi Ad Felicem Mortem**

**Poiré, François**

**Coloniae, 1651**

Dispositio V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55160](#)

malī huius est, aduersus hanc animi ab-  
iectionem se præmunire; oculos sæpe in  
extremam vitæ horam defigere; dome-  
sticorum admonitiones præuenire; ora-  
re medicum, ne quid dissimulet, sed cum  
libertate audacter suam sententiam edi-  
cat; loqui, testarique palam, te mortis  
necessitatem libenter admittere, vitam-  
que eo fine, quo hominem Christianum  
decet, concludere velle.

## DISPOSITIO V.

Quinta est, Usus operum Misericor-  
diam quæ corporibus, quæ animis impenduntur Ecclesiasticus rectè in  
sententiam dixit (a) Cor durum habebi-  
tali in novissimo. Contrà tota S. Scriptur.  
abundat ingentibus promissis, quæ illi  
in hunc mortis articulum à Deo sunt  
qui in miseros sunt benigni. O quis ver-  
bis explicare queat consolationem, iij  
paratam, qui palmas suas extenderunt  
ad pauperes, ac proximorum indigētis  
seu corporum illa fuit, seu animi, consu-  
luerunt! omnino æquum est, ut miseri-

A 7 cor. 1.

(a) Ecccl. 37.

4 Dispositiones

ordia alijs exhibita diuinam quoque  
benignis conciliet: ut charitas, cuius fue-  
unt tam studiosi, operiat multitudinem  
peccatorum, quæ admiserunt: & ut illis  
identer addantur animi, benè cum illis  
agi, nec quidquam esse, cur se grauius  
affligant; quandoquidem totidem ha-  
scant patronos, quot obnoxios sibi red-  
dere clientes.

DISPOSITIO VI.

Sexta est, Fiducia in Deum, quæ ple-  
umque ut pabulum sustentare men-  
tes nostras, quamdiu in corpore veran-  
ur, debet. Quod ut dicam; usus me do-  
et, eos, qui assueuerunt, se nimio metu  
iudiciorum Dei excruciare, nullò ex eius  
onitate usi lenimento, in agone confi-  
tari cum peculiari diffidentiâ, tristi for-  
midine, ac horrore, à quibus ad ipsum  
esperationis præcipitium adducuntur,  
on sine periculo tristissimi casûs: ani-  
muis igitur in has angustias coniectus-  
lenusq; acerbitate, mole vrgentiū cogi-  
tionū humili deprimitur, nonnisi maxi-  
mo labore erigendus. Neq; hæc idecirco,  
ut si velim salubrem metu penitus hinc  
pro-